"doctus experientiis, et non paucis dicam. Rarò
"per gradus dignitatis ascendit homo, quin multò
"grauius non descendat. Vez et si à proposito di-
"grediar, nolo opusculi hoc preterire: exemplũ
"quodam, quod Sanctus quodã mihi referente sen-
in Erem

"in Eremo ex ueritate didici. Cum iuuenis qui-
"dam sancto proposito, et uita electus foret ad
"Episcopale fastigium, quo grauius periculosiusq̃
"negũt aliud cogitari, patruũ suũ quędã,
"uirũ utiq; sanctũ, et prophetię spiritu plenũ
"Eremi in cella, ut eum ex hoc consuleret, adiit.
"non ineauens. Audita itaq; narratione. Ne-
"potis uir sanctus, non uerbis, sed signis po-
"tius perentem ita respondit. Et ne contra hyp-
"stolum, qui desiderantem Episcopum in hoc ea-
"pere laudat, contrairet disceadendo; et ne
"iuuenem penitus exponeret sustendo, ius-
"sit ita, Senex quadratũ discũ à terra re-
"Sementer pedibus eleuatũ ascendere inuenit,
"et quater per quatuor discũ latera supinũ
"reuoluere semet ipsũ utiq; ad horã casus;
"sicq; casu imminente, si altera succederet
"reuolutio, mãdauit ut extra semitate discũ
"ad sue se uoluere iterato. Cui cũ nepos

„se non posse ex timore casus respondisset, illico
„eu feuit descendere, et per quandam latam plani-
„tiem diutius volutare. Cumq' ex multitudine
„volutationu, utriusq; fastidiu' euenisset: surge
„cingit, Senex) et perge quo uis, facies quod tibi
„securius cernitur. Dedignatus itaq; iuuenis
„abscessit. et alteri sancto Seni patrui, deli-
„menti putans, factum retulit, a quo de pen-
„culo preeminentiæ edoctus, electioni renunciauit
„ut teneret, quod est tutum ex.] Beatus etiã
Ambrosius, ut Epatum non susciperet Mediolan
„ausugit, omniq' tentauit, ut ille indignus haberet.
Neq' pretermittendi sũt Petrus Damianus, et
Andreas ex Alnoritana familia, qui singulari
modestia, et ingenij animo Cardinalatu' recusarũt
ut se totos monasticæ uitæ traderent. Bene-
dictus insuper Tertius, Nicolaus et Gregorius
Huius nominis primi, Sũmi ac sãctiss. Pontifices,
quid non

quid non fecerũt ut sũmi dignitatis apicem
sibi ipsis collatu' effugerent. Quid dicam de
Cœlestino Quinto Vniuersali totius ecclesiæ Epo
rum optimo, rum maximo, qui cũ uix adduci
potuisset, ut delatu' acciperet imperium, ac in eo
dignitatem culmine, quantũ fieri poterat,
seruare eremiticæ uitæ, in qua antea dege-
bat formam niteretur, tandem Pontificis curas
respuens, nulla necessitate coẽpulsus, sed potius
plerisq' contra nitentibus, ac ne id ageret
obtestantibus, post quintũ mensẽ sollemni
ritu seruato, Pontificatu in Caro. manu
deposuit, eremiticamq; uitã, atq' habitu'
resumpsit. His igitur exemplis, aliisq; in-
numeris, quæ ex industria omitto, perspi-
cuum esse potest Sanctissimos uiros terre-
na hæc impia, dignitatesq; despexisse, so-
laq; cælestia meditatos: illud rectè cogno-
scentes fallacẽ mundi gloriã esse, quidq'
humanam laudem primus, diuinã ami-

VTL_03475_01_0028.jpg

timus. Nam et in sacras rerũ Historiis hoc fere semper diuinitus contigisse cognouimus. Gloriam his, qui eam propter Deum spreuerũt, esse longè cumulatiorẽ redditã, aut dum uiuerent, aut saltem posteriorem diem suum obierunt. Eos autẽ, qui famę nimium cupidi fuerunt, et quo ad uixẽ uixerunt, et post mortem quoq; inglorios, et obscuros semper extitisse. Potest hęc sẽtentia rationibus confirmari. P° et ex ratio Diui Thom. q. 183. art. 1°. in 2. 2. Gregor. dt. in 1°. Pastor. c. 7. Isaias prodesse proximis cupiens prędicationis officium appetit, Hieremias sedulò diuinę contemplationi inhęrens, ne ad prędicandũ mittatur, contradicit. Tunc sic. Vt amor Dei proximi amore est prędstior, sic contẽplatiua Vita actiuã excedit dignitatẽ: Sed nemo id, quod minus bonũ est deserens, ut meliori potiatur, uituperatione, sed laude potius est dignus: qui igitur dignitates etiam sibi oblatas deserit, ut quieti et contẽplationi indulgeat, melius facit, et melius

melius eligit, maximè itaq; laudandus est. Quod uerò maius bonũ eligibilius sit, inter axiomata, et prima principia cõnumeratur. Et Plato pulcherrimè ait. Si ipsis Cs. [illegible] iniuriã inferemus, cogemusq; eos deteriorem uitã subire, cum frui meliore possint. Quid demõstratione opus non habet. Quòd rursus uita cõtemplatiua, quę Deo similiorem reddit hominem, longè admirabiliorẽ, longeq; stabiliorẽ actiua uita sit iudicanda, cum ipsa sibi sufficientissima sit, ac totius ciuilis uitę finis existat, omnesq; humanę actiones ad tranquillitatẽ contẽplationẽq; ut ad suprẽmum bonum referantur, non est, cur a me nunc demonstretur. Id enim cũ multis possit rationibus necessariis probari, tum longiorem requirit pertractationẽ. Redeo iam ad id, quod mihi propositum erat, non esse dignitatibus obtinendis incumbendũ. Secundo ratio. Vt imperium Status excedit alios Status, sic qui in dignitatibus sunt, eorum esse alios, et prędstantia excedere debent,

7. de Leg.

præcipue uero qui ad Episcopale assumi debet
dignitatē perfecti ac purgati sine, opus est, et
ut Apostolus dicit irreprehensibiles. Sed quis erit,
qui de se ipso possit affirmare, uel credere, se mū-
dum habere cor, nisi temerarius minisq; fuerit, cui
ps. 13. et 52. "dicat Propheta. Omnes declinauerūt, simul inutiles
"facti sunt, non est qui faciat bonū, non est usq; ad
ps. 50. "unum. Et alibi. Ecce enim in iniquitatibus conceptus
"sum ego. Et beatus Iob. Si fuero iustus os meū
c. 9. "impia loquetur, et si sine crimine pravus in-
"uenior. et si purificatus in niue, et lotus mundis
"manibus satis me sorde tinxisti; et execratum
c. 9. "est me uestimenta mea. Et Joēs Epta Ep̄s. Si dixe-
"rimus, quoniam peccatū non habemus nos ipsos
c. 3. "seducimus, et ueritas in nobis nō est. Et Jaco:
"Multa enim peccamus omnes, et nemo mundus
"est a peccatis; nec si unius quidem diei fuerit uita
eius. Cum nunc igitur esse, et dignitates uel
petant, uel temere suscipiant, se mundos
existimantes. Tertia ratio. Quidam
uoto se ipsos adstringunt, ne dignitates acci-
piant. Cum igitur uota seruare inuiolabi-
bili iure debeant, quis poterit iure dignita-
tes recusare.

Sed hæc opinio uera prorsus non est. nam di-
gnitates, ut non debent desiderari, sic non de-
bent constanter, et obstinate recusari. Si enim
sapientes uiri, optimiq; ōnes cōtemplationi, ac
otio uacātes eam permittent Reipc. Soli
igitur pravi Magistratus dignitatesq; tenebūt;
quo nihil posset esse absurdius, nec ab hom-
inum natura remotius. tollerentur n. cōmercia,
actiones mutuæ, omniaq; ad humanā uitam
necessaria: flagitia ōnia, ōniaq; scelera im-
pune cōmitti posset, boni uiri ac prestantes
passim sine alicuius pœnę formidine truci-
darentur: nulla esset leges, nulla iura, nul-
la religio, nullus neq; sanctus, neq; Dei cul-

tus, nulla Saluatoris nostri Jesu Christi memoria. Vt quēadmodum nunc apud plerasq; nationes fit, quæ legibus solutæ omnes suas cupiditates explent, maneipiorū, ac bellua; more, ita tunc in uniuerso orbe succederet. Cum igitur hæc omnia præter rationem sint, non debent boni uiri, si ad dignitates assumantur, eas penitus aspernari, sed cōmunē salutem propriæ tranquillitati præferentes, onus iniunctū subire, omnia ad cōmunē utilitatem, atq; ad Dei laudem, et gloriā referēdo. Cæterum q; dignitates oblatæ respuēdæ omnino non sint, infra in cōclusionibus latius demonstrabimus. Jam igitur, ut arbitror, utraq; extrema sententia reiecta, atq; explosa est. Superest nunc ut, quid secundum ueritatem sustineri debeat, proponamus. Quoniam uerò ueritas catholica semper mediam tenet uiā, Vt Joan. Damas. in Orat. p Defens. sāctar. Imag. declarat; declarat; ob id nos inter duas oppositas, penitusq; dissidentes opiniones, mediam sustinebimus uiam; non esse nimis dignitates affectandas, neq; prorsus respuendas, si offerantur. Summus et præstantissimus inter scholasticos Doctores Diuus Thomas Aquinas, quem mihi Ducem semp in Theologia proposui 2.2.q.185. dicit Tria in qualibet dignitate considerari posse: Primum est gradus altitudo, et sublimitas: 2m. est honor et reuerentia, et bonor temporalium sufficientia. 3m. est opus, et alior utilitas. Hac diuisione tanquā fundamēto posita, multis conclusionibus rem hanc uniuersam persoluit. art. 1°

1ª. Conclusio est. Appetere, et quærere quārum, et Dignitatem qualibet, quatenus est quæda gradus celsitudo, est præsumptio; quæ Vitium est, et peccatū maximum, ut fatent omnes, et probatur à D. Thoma 2.2.q.21. Hæc cōclusio licet exhis, quæ aduersus primā opinionem dicta sūt, satis per- art. 2.

Spicua esse possit, non abre tamen erit, si nunc uberio-
ris doctrinę gratia, aliis confirmetur auctoritatibus. Di-
„uinus Plato 7. de Rep. hęc habet uerba Ethi. ita nobis,
„et Vobis una Ciuitas quasi uigilantibus, uelleq sopi-
„entibus celetur, non tanquam somniantibus, quemadmo-
„dum nunc plurimę habitantur, ab illis uidelicet, qui
„de umbris, deq principatu, tanquā de summo bono con-
„tendunt etc. Umbras appellat principatus. Et post
„pauca Ciuitas (aie) in qua Ciues ad expetendos Mag
„stratus minimè sunt ambitiosi, optimè et procul à
„seditionibus permanet, contra uerò quę aliter affecta
1° Offic. „Ciues habet etc. Et Cicer. Miserrima (inquit) est
„omnino ambitio, honorumq contentio etc. Et antea
causam reddiderat huius miseriæ, quia 5. abiis
„iustos homines reddit. Et Maximè aūt (inquit) ad-
„ducuntur pleriq, ut eos iustitiæ capiat oblitos,
„cum in imperioz, honoz, gloriæ cupiditate inci-
„derint etc. Sed et 2. offic. Veram gloriā sine
iustitia, et sine honestate esse non posse, multis
argumentis

argumētis probat. Sanctissimus quoq Pontifex Gre-
„gorius in 1° Past. ait Hęc igitur breuiter dixi- c. 8.
„mus, ut quantū sit pondus regiminis nōstri arceamus,
„ne temerare sacra regimina, quisquis his impar
„est, audeat, et per concupiscentiā culminis ducatū
„suscipiat perditionis etc. Et sup. Ex se aūt, et c. 1°.
„non ex arbitrio sūmi rectoris regnat, qui nullis
„fuit uirtutibus, nequaquam diuinitus uocati,
„sed sua cupiditate accensi culmen regiminis rapi-
„unt potius, quam assequantur. Et infra Hinc c. 6.
„ergo quidā præcipites colligant, cum quāta culpa
„ex appetitu proprio cęteris præferri non metuunt,
„si sancti uiri plebium ducatū suscipere, Deo
„etiā iubente, timuerunt. Moyses succedere domi-
„no trepidat, et infirmus quisq, ne honoris onus
„suscipiat, anhelat: et qui ad casum ualdè ur-
„geur ex propriis, humerum libenter opprimendū
„ponderibus submittit alienis: quę egit ferre nō
„ualet, et auget quę portat etc. Et in Concil. Colon. c. 23.
„par. 2. Sabetur Et ut omnem ambitionis radicem
„Christus discipulorum cordibus eximeret par-

"vulum in medio illoꝝ statuit, deq; primatu certare
"prohibuit. Qui maior (inquit) est in vobis fiat sicut
"minor, et qui præcessor est fiat sicut ministrator.
"Nam quis maior est, qui recumbit, an qui minis-
"trat? Nonne qui recumbit? Quis uerò ignorat
"clericum in medio ecclesiæ esse tanquam eum, qui
"ministrat? Quare meminerimus potius officii nostri,
"quàm dignitatis. Neq; enim ad dominationem
"uocati sumus, sed ad onus &c. Et Leo PP. p.
Epta 88. ad Epos Africanos. et habetur 9. q. 61. c. Miramur,
"ait. Principatus autem, quê, aut seditio excorsit,
"aut ambitus occupauit, etiam si moribus actꝝ actis-
"bus non offendit, ipsius tamen initii sui est permi-
"ciosus exemplo; et uix bonis peraguntur exitu,
"quæ malo sunt inceata principio &c. Et Salua-
c. 20. tor in Euang. grauiter obiurgat discipulos, qui Prin
cipatu quærebant: nanq; ait. Scitis, quia principes
gentium dominantur eorum &c. Vbi D. Chrysost.
testatur, Principatu deliderare, et quere gentium
esse non Christianoꝝ &c. Idē Chrysost. Homil. 35.
sup. c. xx. Matt.

Equicunq;

30

"Equicunq; (ait) primatu deliderat in terra, inue-
"niet confusionem in cælo. Vt iam inter seruos Chri-
"sti non sit de primatu certamen: nec festinet unus
"quisq; eorum quo modo maior appareat, sed quo
"omnibus inferior uideatur: quoniã non qui ma-
"ior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui iu-
"stior fuerit, ille est maior &c. Et ibidem. Pri-
"matũ atte honoris concupiscere uanitas est &c.
Patet igitur ex his p. Conclusio primi Nome. Digni-
tates nõ esse grendas PP principatu, et celsitudine.

Secunda eiusdẽ Conclusio. Desiderare dignitates
propter honorem, reuerentiã, et bona tempora-
lia est ambitio: quæ semper peccatum est, cum
sit inordinatus appetitus honoris, ut probat
2. 2. q. 131. Probatur ex Plat. in p. de Art. p.
"Rep. Et an te latet (inquit) ambitiosum esse,
"et auarum probro laberi, et esse. Hat ergo
"de causa, neq; pecunia, neq; honore ducti
"probi homines imperare uolunt. neq; enim
"aperte pecuniam magistratus præmium accu-

„pientes mercenarii uocari uolunt, neq; elaneubum
„fures. Neq; rurrus honoris caussa, non enim ambi-
„tiosi sunt ez> Et in Loc Dominus noster damauit
Matt. 23. Phariseos. Amat primos recubitus in cœnis, et pri-
mas cathedras in synagogis, et salutationes in
foro, et uocari ab hominibus rabbi ez. Confirmat
li. p. c. p. „hæc conclusio ex Dius Greg. in Past. Z Sunt nō-
„nulli, qui intra sanctam Ecclesiā, per speciem
„regiminis gloriā affectant honoris, uideri Docto-
„res appetunt, transcendere ceteros concupiscunt;
„atq; attestante ueritate, primas salutationes in
„foro, primos recubitus in cœnis, primas in conuē-
„tionibus quærunt cathedras: qui susceptū curæ
„Pastoralis officium ministrare dignè tanto ma-
„gis nequeunt, quanto ad huius humilitatis ma-
„gisterium ex sola elatione peruenerunt ez> et
c. 8. Z Sacrum quippè officium, non solū non
diligit omninò, sed nescit, qui ad culmen regi-
minis

„minis anhelans, in occulta meditatione cogi-
„tationis cæterorum subiectione pascitur, lau-
„de propriā lætatur, ad honorem cor elevat, re-
„rum affluentium abundantia exultat. mundi
„ergò lucrum quibus sub eius honoris specie, quo
„mundi destrui lucra debuerat. Cumq; mens
„humilitatis culmen arripere ad elationem co-
„gitat, quod foris appetit intus immutat.>
„Et in part. I. Conc. Colon. habetur Z quo de- c. 21.
„nig; affectu, ac proposito accedant ordinandi,
„uidendum, accuratèq; inuestigandū est:
„num uidelicet Dei caussa tantùm, an potius
„suę cōmoditatis gratiā ad ordines capessendos
„aspirent, quærentes quę sua sunt, non q̄ Jesu Philip. 2.
„Christi. Quid enim est sua quærere, et non
„quę Christi sunt? Nisi cùm tales non gra-
„tis Deum diligunt, non Deum propter Deū
„quærunt, temporalia cōmoda segnes, lucris inhi-
„antes, et honores ab hominibus expetentes.

„quisq; ergo talis est, non Dei filius, nec ouili Christi
„idoneus pastor futurus, sed mercenarius est. Vbiq;
„Deus hominis intentionem, et mentem spectat,
Matt. 6. „quam Christus in Euang. lucernam corporis, atq;
„oculum uocat: qui si simplex fuerit, totum cor-
„pus lucidum erit, sin aut fuerit nequã, totũ
„corpus tenebrosum erit. Quare si lumen, quod
„in initiando est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quãtæ
„erunt? ⁊ Et habetur in 2. q. 7ª c. Sũt in eccle-
„sia ez ℰ Sũt in Eccℓ. quidã ꝓpositi, de quibus
„Actus Paulus dicit. Sua quærentes, non quæ Jesu
„Christi. Quid est sua quærentes? Non Christum
„gratis diligentes, sed Deũ nõ ꝓpter Deũ quærentes,
„temporalia cõmoda sequentes, honoris inhiantes,
„honore ab hoĩbus appetentes. Hæc quãdo amatur
„à præposito, et ꝓpter hoc seruitur Deo, quisquis
„talis est mercenarius est, inter filios eius se non
„computet ez ⁊ Hæc de Secunda conclusione.

Tertia

Tertia S.ti Thome conclusio. Opus in dignitate desiderare, et præsertim in Ecclesiastica, ut inquam, bonũ est, id aũt est uelle aliis prodesse, et cõmuni inseruire utilitati. Et hoc est, quod diuinus laudauit Apõs ℰ Qui quærunt ez bonũ opus ez ⁊ Confirmat ex dicto Joĕ Chrysost. in Hom. 25. sup Matt. ℰ Opus quidem desiderare c. xx.
„bonum, bonum est; quia nostræ uoluntatis est,
„et nostra est merces, primatũ aũt honoris
„concupiscere uanitas est ez ⁊ Sed hæc conclu-
sio infra magis patebit, cum declarabimus,
quo modo illa Apostoli sententia ℰ Qui quæ-
runt ez ⁊ intelligenda sit.

Quarta eiusdem S. atq; Angelici Doctoris con-
clusio est. Cum in dignitate mista cum opere
sit ecclesiastico, honor, et bona temporalia, tu-
tius est dignitates ipsas absolute, et simpli-
citer non desiderare. Ne cum dicimus opus
desiderare, nos ipsos seducamus, et culmen
dignitatis, et cõmoditates potius, quam

opus desideremus. Nam quis erit, qui ultro se seruituti subiicere uelit, nisi qui iudicii Dei non timet, sed magis desiderat, ut Principatum ad usum secularem conuertat? ut supra ex D. Chrys. sententia diximus, et inferius etiam dicemus. Nam non potest notam presumptionis effugere qui, ut aliis prodesse possit, principatum desiderat. Se enim suis alios omnes probū, et studiosum existimat. qua existimatione nihil magis temerarium. Quo circa recte Gregor. in 28. Moral. huius ueritatis non ignarus dicebat "Ad Prelatis quē meliorem intentionem est fugienda. Antiquitus autem, quoniā dignitatibus ecclesiasticis non honor, nec lucrum, nec principatus coniungebatur, sed innumera calamitatū, et penarū genera, cum cordis intentio non duplex, sed tantū simplex esset, Deiq; solum gloriam, ac proximi utilitatem haberet pro obiecto, licebat dignitates, et prelaturas appetere. Quod pulcherrimè D. Greg. facetur, cui in 2. Past. c. 8.
"dicat Quanuis notandum, q illo tempore hoc
"diceur, quo quisq; plebibus preerat, primus
"ad Martyrii tormenta ducebatur. Tunc ergo
"ad laudabile fuit Prelatum fieri, quādo per
"hunc quēquam dubiū non erat ad supplicia
"cū grauiora peruenire ei? Imo qui se dignitates expetere affirmant, ut aliis prodesse, aliaq; multa bona efficere possint, ut plerumq; se ipsos deceptione, et obumbrata interiori cordis prauitate externa quadam intentione, nec firma nec solida, probitatis imaginem simulant. Sicut est eiusdē sanctissimi Greg. pulcherrima ibidem Sed plerumq; c. 9.
"hi, qui subire magisterii pastoralis cupiunt,
"nonnulla quoq; opera bona animo propo-
"nunt, et quamuis hoc elationis intento-
"ne appetunt, operaturos tamen se magna
"pertractant: fitq; ut aliud in imis intē-

pulcherrimi

„ no supprimat, aliud tractanes animi superficies co
„ gitationes ostendat. Nam sepe sibi de se mens
„ ipsa mentitur, et fingit se de bono opere ama
„ re, quod non amat, de mundi autem gloria
„ non amare, quod amat; que principari appe
„ tens fit ad hoc paruula cum grit, audax cum
„ peruenerit. Timens enim ne non perueniat, tre
„ pidat, sed repente peruenies, iure sibi hoc de
„ betum, ad quod peruenerit putat. Cum per
„ cepit principatus officio perfrui, seculariter cepe
„ rit, libenter obliuiscitur quicquid religiose
„ cogitauit. etc. Patet igitur tutius esse non de
siderare dignitatem, licet etiam hec conclusio
ex his, que aduersus 3am opinionē adducta fuerit,
satis clara, atq; perspicua esse possit.

Quinta Diui Thome conclusio. Talem te exi
bere, adeoq; preclaras, et studiosas actiones
efficere, ut dignus principatu sis, non modo
est expetendum, sed omni etiam conatu conten
dendum,

dendum, et si opus est dimicando. Cum enim,
qui in dignitate aliqua est, omni debeat esse
uirtute conspicuus, quis non affectare, ac labo
rare nocte, die, debet, ut habitum Virtutis
per probas actiones consequatur. Conari igit
debemus, ut D. Greg. in 1.° Past. inquit, ut c.x.
cunctis carnis passionibus mortui, secundū
Spiritum uiuamus, ut spretis terrenis rebus so
la celestia desideremus, ut nihil illicitum co
mittamus, sed ab aliis perpetrata flagitia,
tanquam propria, deploremus, ut alienę infir
mitati compatiamur, ut denique (ne omnia,
que ab eo dicuntur enumerem) in cunctis,
que agimus, imitabiles nos cęteris exhibea
mus. Si quis igitur hęc perficere cupit, et
opere perficit, hic prestantissimam, atq; opti
mam cupiditatem habet.

Sexta addi potest Conclusio. Dignitates non sunt
dandę cupientibus, uel ambientibus. Patet ex

his, quæ in superioribus dicta sunt. Cùm enim
cupiditas, et ambitus dignitatem, non possit esse
sine ambitione, et presumptione, quorum utrùq;
peccatum est, dignitates his dandæ minimè sunt.
Non enim his conferri debent, quos in peccato
esse certò scimus; sed eis, qui uel absq; crimine,
et peccato sunt, uel tales existimantur. Confir-
"matur ex Plat. qui L°. de Rep^a. ait Ş Putas
"ne eos, qui in ciuitatibus Principes sunt, uoletes
"Magistratibus fungi? minimè, inquit, puto eŋ
"Et paulò post Ş ob hęc igitur nuper dicebam
"neminem uolentem Magistratum ultrò suscipere,
"et ultrò aggredi emendationem alienæ malitiæ,
"Et post pauca Ş Quam ob rem uidetur turpe ha-
"beri, ut quis sponte ad imperandū accedat,
"neq; expectet necessitatem eŋ Et causam red-
dit, cur dignitatibus, et imperiis nos ipsos offer-
"re non debeamus Ş Neq; enim (ait) naturæ
"consentaneum est, ut gubernator, quasi indignus,

nautas

"nautas oret, quò eius se gubernationi cōmittat,
"uel ut sapientes ad diuitum fores accedant,
"sed qui hoc primus inclamauit profectò mēritus
"est. Re uera autem ita natura comparata
"est, siue diues, siue pauper aduersa ualē-
"tudine teneatur, ut necessaria fores me-
"dicæ petat; et omnes, qui superioris guber-
"nationē indigent, domos adeant hominum
"gubernare potentium, non gubernatores, si
"modò alicuius sint pretii, orent, ut ab eis
"gubernentur inferiores eŋ Et Dial. de Rep.
"7°. Ş Ne enim magistratus dandi sunt im-
"perii minimè cupidis, aliàs similes in-
"ter æmulos orientur eŋ Adueniet enim
hos, qui dignitates petunt illud commodè
adaptari potest, quod præclarissimus Plutar-
chus in libel. de stulta Verec. scriptum reliquit
"Ş Archelaus (inquit) Macedonum Rex,
"cum ab ipso poculum aureum postularet
"quidam mercenarius, qui mihil discebat ha-

„nesium, preterquam accipere, iussit ministro, ut
„id Euripidi daret. et hominem illum intuitus.
„Tu quidem (inquit) dignus es, qui pecces, nec
„accipias: sic uero dignus est, qui etiam non
„postulans accipiat ex] Probatur hec conclusio
per Concil. Basile. sess. 12. Decr. de Elect. Ubi
„hec inter multa habentur. Ego N. uero, et
„promitto omnipotenti Deo, et tali sancte, uel
„sancte, sub cuius uocabulo dedicata est ecclesia,
„eum eligere, quem credam futurum ecclesie
„in spiritualibus, et temporalibus utiliorem: nec
„illi reddem datue, quem uerisimiliter scivero
„promissione, aut datione alicuius rei temporalis,
„seu prece per se, aut alium interposita, aut
„alias quocumque, directe uel indirecte pro
„se electionem procurasse ex] Et in Conc. Colo
par. f. hec habentur uerba. [Si ad honores
mundi sine suffragio temporis, sine merito
laboris, indignum est pervenire, et notavi am
bitus

„bitus solent ex quàm diligens, et quam prudens
„habenda est dispensatio diuinorum munerum,
„et ecclesiarum dignitatum?] Et habetur in p. d.
6. c. Miramur tantum, ex qua finem capies.
Et in eod. Conc. Par. habe scriptum est. c. 9.
„[Cessent potentiorum preces, que minus expe-
„rantur, omnisa impressio, cesset ambitus,
„et dominandi libido ex] Et paucis inter-
„iectis [Et procedat de cultu Dei opus ip-
„sius, ut s. qui presbyter est omnibus, qui
„doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute
„eminentior, sic eligatur] Quod clarè etiam
constat 2. q. 7. c. licet ergo. In Decreti
preterea PP. Symmach. hec uerba sunt.
„[Nullus enim per ambitum ad equalem hono-
„rem permittatur accedere: nam cum hic ex-
„cessus in laica conuersatione culpetur, quis
„dubitat, quod religiosis, et Deo seruientibus
„inducat opprobrium ex] Quod etiam habetur

c. 3.

p.ª q. p.ª c. Nullus itaq; per ambitum. Et per
multa cap. que precedunt, et que sequuntur.
esta ibq. Et est pulchra sententia Greg. lib. 6. que habe-
"tur 2. q. p.ª c. In Scripturis Sicut locus re-
"giminis desiderantibus negandus est, ita fugi-
"tibus offerendus. Et sicut scriptum est. Nec quis
"quam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à
"Deo tanquam Aaron ea. Et omnia, que in
illo cap. et in duobus sequentibus scripta sunt,
recte ad presentem institutionem transferri
possunt. Pulchrum etiam illud est Chrysost.
c. xx. sup. Mat. Homil. 85. Primatus etiam fugientes
se denderat, et desiderantem se horret ea.
In sacris etiam Veteris scripturę Historiis com-
pertum est non ambientibus, vel repientibus
dignitates esse traditas, sed vel Populi volun-
tate, vel ut plurimum Dei. Nam Gedeon
ab Universo Populo Judęorum Dux fuit electus,
Aaron sacerdos, Moses, Josue, et Judas Du-
ces. Saul

ces, Saul, et David Reges à Domino consti-
tuti: et, si cętera pervurrantur exempla, idem
semper fatum fuisse cognoscemus. Manife-
stum igitur est Theorema proposituṁ, non es-
se ambientibus, neq; exoptantibus dignitates
tribuendas. Hac autem tempestate, quis
non Deo innumeras gratias agat? quis non
patrem omnium misericordiarṁ, et Deum to-
tius consolationis, qui fecit mirabilia magna
solus, totis viribus laudet et benedicat; eum
novo lumine, novoq; insigni splendore nu-
dernum Ecclesiam suam illustrare voluerit?
Divinitus enim nobis dedit Sanctissimum
Sanctissimum
Sum, non tam etate, quam prudentia senē,
PIVSM QVintum Universalis Ecclesię supremum,
ac primum Cpm, post omnium hominum
memoriam, et fortissimum, et optimum Pontifi-
cem; quem omnium gentium linguę ce-
lebrabunt, omnes etates innumeris laudibq

efferent. Hic igitur summus omnium rector, et Pastor, ut sacramentis pristinam maiestatem restitueret, ut collapsos mores Ecclesiæ, eorum, Regum, Principum, aliorumq; omnium ad normam uere pietatis, et disciplinę reuocaret, uniuersumq; orbem cadentem erigeret, et confirmaret, non principum fauore, non ambientium importunitate, non propinquorū affectu, non personarū acceptione, non munerū oblatione, non denique alia quauis humana occasione, ecclesiasticas dignitates, et prælationes concedere consueuit; sed quos, diuino Spiritu afflatus, melliores nouos Ecclesię, et muneri inuicto utiliores perspexit, eos ad sublimia dignitatum fastigia euexit. quem Deus, propter mundi totius salutem, ecclesiæq; sanctę dignitatem, et amplitudinem, diu incolumem seruet. Sed nunc cœptum negotium prosequamur.

Septima

Septima conclusio, quę à Diuo Thoma etiam apponitur. Dignitates non ambitione, neq; alia quauis humana causa, sed sola superiorum uoluntate nobis oblatę, non sunt petitus respuendę, nec temere acceptandę. In qualibet enim dignitate sumenda debet homo considerare quid ipsum deceat sua sponte appetere, et quid iuxta uoluntatem, et mandata superiorum efficere. Nam homo propria uoluntate dignitatem cuius munus nullam curam debet habere, sed tantum his intentus esse, ex quibus sua pendet salus. Cum tamen Superiores committere debeant bono semper prospicere, et inuigilare, si hi iusserint, debent subditi iuxta horum arbitrium dignitates suscipere. Debet tamen homo se ipsum examinare, num prouinciæ muneriq; inuicto par esse possit, uel saltem non inutilis. Quod si se peccato alicui

innodatu̇ cognoscat, unde, neq; propria resipiscentia, neq; superioris possit auctoritate absolui: uel si possit, nec ipse se ipsum a peccato uelit eripere, nec ab irregularitate, uel excõmunicatione uelit eum superior liberare, uel nullis patis idoneum se uideat, Iunc dignitatem non erubescat reiicere, quam retinendo sibi, multisq; posset detrimentum afferre. Quòd si sola Humilitate se indignum existimabit, non debet propriæ tranquillitatẽ communi preferre saluti, sed imprimis omnes libenti animo suscipere, ac electioni cõsentire. præcipuè uerò eum is, qui eligit ex proborum numero habeatur. Nam plerunq; qui ita constantes in respuendis dignitatibus sunt, solent peiori superbiæ raptu corripi, quàm si electioni humilem prius præstassent assensu.

Licet enim Diuinis celsitudinis loca omnino despicere, possit esse actus heroicæ Virtutis, potest tamen fidelis seruus, et prudens in administratione Ecclesiæ creberrima præstare officia, multorum esse, et frequentissimè, bonorum autem; quæ longè grauiora erunt Deo, quã semetipsum despexisse. Licet summus humilitatis actus. Viris igitur probis non minori animositate quam in respuendis dignitatibus, ac prudentiæ iudicium est, et præcipuum eum præponi, qui ad hoc opus idoneus sine, imo pius laboretur, ac sancta Christi Ecclesiæ hanc rem opus habeat obsequio. Quocirca bifariam peccare possumus, uel cum ultrò nos ipsos ad dignitates ingerimus, uel cum superiorum iussis obedire nolumus. Ex hac enim dignitatum despicientia in duo mala homo prolabitur, primò quòd charitate repudiat proximos, quibus frugi esse potest ex Aug.ⁿ 19. de Ciu. Dei & Nego: c. 19.

„tium ei Xpi suscipiè necessitatis ⁊ 2ª
quod ⁊ humilitatem ac obedientiã, quam subiectis
c.6. „ prestare debemus, uolat. Vnde Greg. 1. Pastor
„ ⁊ Tune (inquit) ante oculos Dei uera est hu-
„ militas, cum ad respuendum hoc, quod uitiet
„ precipitur, subire pertimet non est) Et pulcherrima
cpta 81. „ sunt Aug uerba ad Eudoxiũ. Si qua (hoc
„ est aliqua ratione) operam uestram mater eccle-
„ sia desideraverit, nec elatione aruda susci-
„ piatis, nec blandiente desidia respuatis, sed
„ mihi corde obtemperetis Deum mansue-
„ tudine portantes eum, qui dat regi, qui di-
„ rigit mites in iudicio, qui docet mansuetos
„ uias suas. Nec uestrum ullum necessitas ali-
„ cui ecclesiæ preponat: cui parturienti, ⁊ nulli
„ bene ministrare uellent, quomodo dare re-
„ mi, non inuenirent. Et sicut inter ignem,
„ et aquam tenenda est uia, ut neq; exuratur
„ homo, neq; demergatur: sic inter superbiã su-
perbiæ,
„ perbiæ, et uoraginem desidiæ iter nostrum
„ temperare debemus, sicut scriptum est, non
„ declinantes neq; ad dexteram, neq; ad sinistram
„ Dixus m. super Greg. in Prol. Past. ait ⁊ Et
„ recte docens, infirmitate sua quotidie quam
„ malet considerationi cognoscat, ne aut hu-
„ militas accessum fugiat, aut perfectum uita
„ contradicat, aut uitam doctrina destruat,
„ aut doctrina precipua extollat. Prius er-
„ go apprehensum timor temperet, post autem
„ magisterium, quod à non requirente ad-
„ sciscitur, uita commendet) Et hi-p. ⁊ Sin- c.9.
„ ter hec tang (ait) quid sequendum est, et
„ quid tenendum? nisi ut uirtutibus pollens
„ coactus ad regimen ueniat, uirtutibus
„ nullus nec coactus accedat. Ille ⁊ omnino
„ reniti debet, cauet ne acceptam pecuniam
„ in sudarium ligans, de eius occultatione
„ iudicetur. Pecuniam quippe in sudario li-
„ gare est percepta dona sub otij lenti tor-
„ pore abscondere. At contra iste, cum re-

„gimen appetit, attendat ne per exemplum prauı
„operis. Pranseorū mors ad ingressus regni ce=
„lorum tendentibus obstaculum fiat: quia iuxta
„summi Magri uocem, nec ipse intrare, nec alios
c.6. „intrare ſmittunt.] Et ſuſ. ¶ Sūt nonnulli,
„qui ex sola humilitate refugiunt, ne cis, quibꝫ
„impares se estimant, preferantur, quorum
„profecto humilitas, si ceteris quoq; uirtutibus
„cingitur, tunc ante Dei oculos uera est, cū
„ad respuendum hoc, quod uidet subire pre=
„cipitur, pertinax non est. Nec enim uere
„humilis est, qui superni nutus arbitrio, ut de=
„beat preesse intelligit, et tamen preesse contem=
„nit. Sed diuinis dispositionibus subditus, atq;
„a uitio obstinationis alienus, cum sibi regiminis
„culmen imperatur, si iam donis preuenitus
„est, quibus et alijs prosit; et ex corde debet
„fugere, et inuitus obedire.] Et cap. 5. ¶ Sūt
itaq;

„itaq; (inquit) nonnulli, qui magnis, ut diximus)
„muneribus ditati, dum salutis contemplationis
„studijs inardescunt, patere utilitati proximoꝝ
„predicatione refugiunt, secretum quietis dili=
„gunt recessum speculationis petunt. De
„quo, si dissimile iudicentur, extantis profecto
„dubium rei sunt, quantos, uenientes ad publi=
„cum, prodesse potuerunt. Qua enim mente is,
„qui proximis profuturus emitteret, utilitatem
„egregiorum secretum preponit suum: quando
„ipse unus Pater Unigenitus, ut multis pre=
„desset, de sinu patris egressus est ad publicum
„nostrum.] Quare cum necessitas urget, docet,
iuxta Sanctor determinationē, quemadmodū
diximus, cum Superiorum precepta nos cogūt,
debemus has dignitates non recusare. Aliud
genus necessitatis cognouit Ap̄s. docendum
est propter ingratitudinem. Dicit enim 3. Pol. c.4.
„¶ Prauū esse solemus, et sui commodi inspici=
„entes, magistratus et potestates sequi deside=
„rare. Nam cum hi tanquam ipsi sui

„existimant se posse ex Magistratu sanctitatem con-
„sequi. Boni autem uiri, si magistratu accipiunt,
„id non aliam ob causam, nisi ut ipsi
„uicissim aliorum bona prospiciant, quemadmodu
„alii prius suę utilitati consuluerunt? Plato rursu
longe aliam causam, ob quam necessario se pro-
p. et Rep. bis uiris dignitates suscipere, attulit his uerbis.
bonis uiris „Oportet igitur necessitatem imponere, et multam,
„ut impellantur ad Magistratus suscipiendos, ma-
„xima uero multarum est administratio, ma-
„lorum subiici, nisi ipse bonus uir Reipe. gu-
„bernaculum acceperit. Hanc itaq; penam
„timentes probi homines magistratus capere
„mihi uidentur, si quando capiunt: et tunc
„ad eos accedunt, non tanquam ad bonum
„aliquod, neq; tanquam ex his uoluptatem
„aliquam capientes, sed tanquam ad rem necessa-
„riam, cum neq; melioribus, neq; similibus se
cõmittere
„cõmittere ualeant. quippe si bonorum uirorũ
„extaret ciuitas, in ea, ut arbitror, haud ali-
„ter non imperandi gratia pugnaretur, qui
„nunc certetur imperandi cupiditate: ibiq; pa-
„reret re uera legitimum Principem non suu
„ipsius, sed eius, qui sub ipso est, cõmoditate
„respicere. Quare unusquisq; qui non ames
„sit, potius eligat alium sibi prodesse, quã
„dum aliis ipse consulit, sese negotiis implí-
„care etc. Et in 7.mo de Reb. Nam iusta
„cinguit) uiris iustis præcipiemus: horum
„enim unusquisq; tanquam ad rem neces-
„sariam omnino, ad Magistratũ accedat, cõ-
„tra quam illi faciant, qui nunc in singulis
„ciuitatibus dominantur etc. Et in Epistola
ad Archytã Tarentinũ, non recusandas re-
quit esse dignitates oblatas, cum cõmunis ci
postulat utilitas. Hęc ille sunt eius uerba.
„Narrauerũt te permoleste ferre, quod
„à publicis ciuitatis occupationibus libe-

„ vari non valeas. Quòd igitur diuinissimum uitę
„ genus sit agere sua, presertim si quis talia ele-
„ gerit faciendа, qualia Tu, omnibus fermè est
„ manifestum. Sed illud quoq; Te considerare
„ oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse,
„ sed ortus nostri partim sibi patriâ uendicare,
„ partim parentes, partim amicos. Multa insu-
„ per pro temporum diuersitate nobis accidere,
„ quibus uita nostra occupata est. Vocante
„ igitur Te patria ipsa ad Remp.ᵃᵐ gubernan-
„ dam, absurdum forsan esset non parêre:
„ presertim cum simul accidat, ut aditus praui
„ hominibus relinquatur, qui nulla ipsius, quòd
„ optimum est, ratione proficiscentur ad publica.
Quod preclarissᵉ. Magnus Christi Concionator
c. 1°. „ in epta ad Philip. manifestat. Coarctor autem
„ è duobus, desiderium habens dissolui, et esse
„ cum Christo multo magis melius, permanere
autem

„ autem in carne necessarium propter Vos. Licet
„ autem melius esset Apostolo cum Christo
esse, uoluit tamen ecclesię utilitatę propriis
commodis preferre. Cęterum dignitates oblatę
non sunt temerè acceptandę, ut superius di-
xi, ne pernicies afferant uel ipsi, uel alijs.
Quod preterea, quę in superioribus à nobis
demonstrata sunt, patet ex Platone in Dial.
de Voss. Vbi, post multa, sic concludit So-
„ crates. Cernis igitur, quę offeruntur impe-
„ ria non esse tutum, aut temerè acceptare,
„ aut desiderare. Et Cicer. prima offic. ait
„ Cauenda est gloriæ cupiditas. eripit enim
„ libertatem, pro qua magnis uiris omnis de-
„ bet esse contentio. Nec uerò imperia expe-
„ renda, ac potius aut non accipienda in-
„ terdum, aut deponenda nonnunquam est.
„ Et Beat. Greg. in 1°. Past. Quod Moyses c. 7.
„ cinquit, utrumq; miro opere explevit, qui
„ præesse tantæ multitudini, et noluit, et obe-

„ diuit. Superbus enim fortasse esset, si ducatum
„ plebis innumere sine trepidatione susciperet;
„ et rursum superbus existeret, si auctoris impe-
„ rio obedire recusaret. Vtrobiq; ergo humilis,
„ utrobiq; subiectus; et presense populis, se met
„ ipsum metiendo, nouit; et tamen de imperatis
„ uiribus presumendo consensit eis. Et sanctor
illa exempla pro secunda opinione adducta
nostram sane confirmant conclusionem. Ex
illis enim colligimus non esse dignitates et
primatus appetendos, nec oblatos temere,
sed ab inuitis, et coactis suscipiendos. Vt cleri
per sine modum arroganciam uitent, et ab
obedientia non discedant: quam diu fas erit
recusent, ultra ne persistant in pertinacia.
tam enim superbum est dignitates concupi-
scere, quam maiorum iussis omnino parere
nolle, et diuine rebellari uoluntati. His igiem
Septem Conclusionibg quid de ambitu, ac cupi-
ditate dignitatum; et imperiorum iuxta nostram,
firmissimamq; sanctor Patrum doctrinam
tenendum sit, maxima breuitate nostra cis-
mus. Quod si aliorum obiecta dissoluemus,
finem suum nostrum obtinebit negocium.
Ita quidem fiat. Si prius quelerrimas quas-
dam auctoritates, que septem proposita
conclusiones simul confirmant, adduxero.
Vna est prestantissimi inter Ecclesie Doctores
Aug.ni que licet sparsim supra adducta sit,
nunc tamen in unum colligatur pulchri-
or apparebit. Dicit enim ig. de Ciui. Dei. c.ig.
„ Extremus uero sibi uite generibus eos-
„ dem actiuos, et uitam componit, quibus
„ fidei fructus possit in quolibet eorum
„ uitam ducere, et ad sempiterna premia per-
„ uenire; interest tamen quid amore teneat
„ ueritatis, quid officio charitatis impendat.
„ Hec sit quisque debet esse otiosus, ut in

„eodem otio ualeat nemo cogitet precium, nec
„sit adhuc usus, ut contemplationem non requirat
„Dei. In otio non mens uacatis delectare debet,
„sed aut inquisitis, aut inuentis ueritatis, ut in
„ea quisq; proficiat, et quod inuenerit alteri nõ
„inuideat. In actione uero non amandus est
eccles. 5° „honor in hac uita, siue potentia: quoniam uana
„uana sub sole, sed opus ipsum, quod per eun-
„dem honorem, uel potentiam fit, si recte, atq;
„ualenter fit, id est ut ualeat ad eam salutem
„subditorum, quę secundum Deum est: unde
„iam superius diximus. Propter quod ait
„Apls. Qui episcopum desiderat bonum opus desi-
„derat. Exponere uolui, quid sit episcopus: quia
„nomen est operis, non honoris. Episcopus est. n.
„atq; inde Graecum Vocabulum, quod ille, qui
„praeficitur eis, quibus praefitur, superintendit,
„curam eorum s. gerens. Ἐπὶ quippe super,
„σκοπὸς uero intentio est. ergo ἐπισκοπὴ,
si recte
„secundum, Latine superintendere possumus
„dicere: ut intelligat non se esse episcopum,
„qui praeesse dilexerit, non prodesse. Itaq; ad
„studia cognoscendae ueritatis nemo prohibeatur,
„quod ad laudabile pertinet otium. Loco
„uero superior, sine quo regi populus non
„potest, et si ita teneatur, atq; administre-
„tur, ne decet, tamen indecenter appetitur.
„Quamobrem otium sanctum quię charitas
„ueritatis, negotium iustum suscipit neces-
„sitas charitatis. Quam sarcinam si nullus im-
„ponit, prospiciendę atq; intuendę uacandum
„est ueritati. Si autem imponitur suscipienda
„est propter charitatis necessitatem. Sed nec
„sic omnimodo ueritatis delectatio deserenda
„est, ne subtrahatur illa suauitas et oppri-
„mat ista necessitas. Haec Aug. quibus ni-
hil gulielmius. Secunda est auctoritas diui
Thome quolib. 2. Vbi haec profert memorie ante xi.
„commendanda. Dicendum, q̃ haec q̃stio

"solute Aug. 19. de Ciuit Dei. Vbi dicit, q bonus su-
"perior, sine quo populus regi non potest, et si
"administretur, ut decet, tamen indecenter ap-
"petitur. Cuius ratio est: quia qui appetit pre-
"lationem, aut est superbus, aut iniustus. Iniu-
"stitia enim est, quòd aliquis uelit sibi plus de
"honore accipere, aut de potestate, aut de aliis
"humanis bonis, nisi sit maioribus dignus, ut
"dicitur 5. Ethic. Quòd autem aliquis existimet
"se magnis dignè prelatione omnibus ibi-
"super quos prelationem accipit, superbię et
"presumptionis est. Vnde patet, quòd quicun-
"prelationem appetit, aut est iniustus, aut
"superbus, et ideo nullus suo appetitu debet
"ad prelationem peruenire, sed solum Dei
Hebr. 5. "Iudicio, iuxta illud Apli. Nemo sibi assumit
"honorem, sed qui uocatur à Deo tanquã Aaron
"Potest tamen aliquis licite appetere, se esse
dignum

"dignum prelatione, uel operam bonam prelati
"efficere, pro quibus debetur labor. Et Que-
"lib. 5. arte Dicendum, q in eo, qui electione Art. 22.
"canonicę de se factę q sentit, considerari pos-
"eique debet quid intendit. Si enim intendit
"aliquid temporale, puta honorem, diuitias,
"recedere se à uero religionis, aut aliquid
"huiusmodi, manifestum est, quòd est prauae
"mentis. Vnde melius faceret, si renũciaret.
"Et paulo post Qui operum ex Bonũ opus ei
"Sciendum tamen est, quòd ad hoc of-
"pus maxima requiritur idoneitas: quia, ut
"Greg. dicit in Past. tantùm altionem populi
"debet altio transcendere presulis, quantum
"distare debet à grege Pastoris uita: ad quod + solet
"humana fragilitas secundum propias uir-
"res sufficiens non est, secundũ illud Apli. 2.
"ad Cor. Et ad hęc quis tam idoneus? sed ta- 2.
"men ex auxilio gratiae diuinę homines ido-
"nei, et sufficientes reddũtur, sicut ipse.

„ postmodum subdit. Idoneos nos fecit ministros
„ noui testamenti. Potest ergo aliquis laudabiliter,
„ considerans proprium defectum, ex humilitate
„ officium prelationis recusare. sicut fecerunt. dicit
„ Nescio loqui, quia puer ego sum. Potest etiã
„ laudabiliter consentire ex charitate fraterna, ut
„ salutem proximor. procuret. Sicut Isaias, qui
„ dicit. Ecce ego, mitte me. Sed sicut Greg. dicit
„ in Past. In utroq; est subtiliter intuendum: quia,
„ et is, qui recusauit plene non resistit, et is, qui
„ mitti uoluit, ante se per altaris calculum pur-
„ gatum uidit: ne aut non purgatus adire quis
„ sacra ministerria audeat, aut quem superna
„ gratia elegit, sub humilitatis specie superne
„ dispositioni contradicat. quia ergo ualde difficile
„ est purgatum se quemlibet posse agnoscere,
„ prelationis officium tutius declinatur, non ta-
„ men pertinaciter, cum ad suscipiendum hoc
„ superna uoluntas agnoscitur. Hec ex Dicto

Thoma.

Thoma. Ex quibus satis superq; probata esse
proposita septem Theoremata arbitror. Nunc
superest, ut ea, que contra nos facere uidentur
argumenta diluamus; ita enim in Statuto
nostro satisfactum erit.

Prioris opinionis hec erat prima ratio. Honores
expeti debent, igitur et dignitates: quia digni-
tas uel est honor, uel propter honorem petitur.
Primo hec consequentie probatio reganda est. Non
enim dignitates, grossis inter honores cõnume-
rande sunt, nisi honeste offerantur. Cum autẽ,
uel ui, uel ambitione, uel quauis alia causa
obtinentur, minimè sunt honores dicendi. Et
non enim est honor, nisi qui a libera hono-
rantis uoluntate proficiscitur. Preterea ue-
rum non est ad dignitates semper honores
consequi. Imo ex his, que prius dicta sunt,
patet, multis imperia ac principatus cala-
mitatum plurimas, ac mortis etiam causas
extitisse. Sed hoc omisso ad Antecedens,
quod multis partibus cõstat, [illegible] ramus.

Honor est bonū. ergò debet expeti. Responsum in superioribus est, in eorum bonorum numero collocari, quę media sunt: quibus homines abutuntur potius, quàm utantur. Quo circa rectius esse, ac melius, ut eorum cupiditas, atq; ambitus deseratur. Ad Confirmationem. Est Virtutis præmium ex. Duplex est Virtutis præmium. Vnū extrinsecum, intrinsecum alterum: Honor, et dignitas etiam, præmium extrinsecū sunt, quę debent alii studiosis uirtutis exhibere, et si non exhibent, perperam faciunt: non tamen probi uiri propter hoc præmium studiosas exorrent actiones. nam ambitiosi non sunt. Aliud est præmium intrinsecum, quod est felicitas, et Beatitudo; et huius causa sancti omnes laborant in uinea Dni. Ita respondet Diuus Thom. in 1ª 2. q. 2. Et rursus 2.2. q. 131. Ad secundā confirmationē. Honorem expetit omnes, sed diuersimodè. Bonus uir, cum ea faciat, quę honorem mereantur: Prauus expetit honorem, non

Arto 2. Art. 1º

re, non honore digna efficiendo, sed ipsum uel ambiendo, uel affectando, quod prauum esse in superioribus monstratum est. Confirmatur hęc responsio per Dm Tham. qui 2.2 q. 131. ait Ę gloriā, honorē, et impium bonus, et „ignauus æquè sibi exoptant, sed ille uera „uia uitæ huic, quia bonę artes desunt, do„lis, et fallaciis contendit ex Sallust.º Ad tertiam. Dignitates, et honores aluntur artes, quia gloriā, ut etiam Arg.les fatetur 3. et sic propter honores excitantur ad ea efficienda, quę præclara, atq; honesta sunt. Respondemus cum Philosopho ibidem, quòd non sunt uerè boni, neq; uerè uirtutis amatores, qui laude digna efficiunt propter honorem; sed qui eadem, etiam si nullum indè honorem consequerentur, agūt, quia honesta sunt. Licet enim multi ratione honorum à malis abstinent, hi tamen propter has actiones nullam à

Art. 1º

in Cant. c. 8.

bonorum omnium auctore Deo mercedem expe-
ctare possunt. quoniam cum honorem ab hominib⁹
querent, accipientes hic mercedem suam, Dei ho-
norem, et gloriam amittent. Hanc eandem resp-
art. p.° "sionem assignat D.s Thom. 2.2.q.132. Et Hoēs
"per honores, et dignitates prouocantur ad virtut⁹
"opera, sicut ex appetitu aliorum terrenor⁹ bon-
"rum; sed non est necè bonus, nec seditiones, qui
"propter hęc operatur, ut declarat Aug.s. de Ciu. Dei
c.13. Licet Aug.s ibi hanc ambitionis pestem talem fuisse
Ciceronem dicat: quod et verissimè est, cum et hi-
storię omnes inter ambitiosos Ciceronē nominēt.
"Sunt alię uerba Aug.s Quanquā nec in ipsis
"Philosophię libris Tullius hanc pestem dissimulet;
"vbi eam luce clarius confitetur: cui enim de hu-
"iusmodi talibus loqueretur, quę vltrò sectanda sunt
"sine veri boni, non uentositate laudis humanę,
"hanc in re licet universalem, generalemq; sententiam
"Honos alit artes, omnesq; incendunter ad studia
"gloria est. Ad Quartam Confirmationem. Non
dicit

dicit ibi Phs, iure posse hoīes propter honores
contendere: sed eos, qui uel honore afficiunt,
uel non afficiuntur, aliquando iure id pati; ali-
quando non iure. Si honorantur, et sunt pro-
bi, iurè suo hunc honorem merentur; si prauj,
non iure honores hos obtinent. Si non afficia-
tur honore, et sunt mali, id secundum
rectam rationem patiuntur; si bom, iniuria
ipsis infertur. Illud uerò, quod Phs c.2.
asserit, iustè et iniustè posse honores exop-
tari, uel intelligatur in Rep.ca non benè insti-
tuta, in qua non secundum uerum rationem
uiuitur, sed secundum sensū, et cupiditatem.
Homines enim uirtute prestantes propter hono-
res seditiones non mouent, sed hęc omnia de-
spiciunt; Vel intelligatur iustè de honore con-
tendere, et dignitates cupere, non ratione pro-
prię utilitatis, sed communis. Ita enim Phs
non loquebatur de uno, uel de alterò homine,
sed de totius Ciuitatis regimine. Ob cuius qui-
dem commodum, presertim in terrena hac

Ciuitate, possunt soles contendere, et dignitates,
id est publica onera, quę salutaria Ciuitati futu-
ra sint, desiderare. Nam aliter posset Ciuitas
in extremum deduci discrimen, si in seelestorum
manu derelinquerentur. Neq; loquitur de digni-
tatibus, quę à supremo aliquo Principe conferan-
tur, sed de Magistratibus, qui consueuerunt
in liberis Ciuitatibus, ubi omnes pares sunt, dispen-
sari. In his enim iure suo unusquisq; potest
contendere, ut suis meritis equam obtineat di-
gnitatem. Ad Quintam Confirmationem. Qui
famam suam negligit etc. Respondemus, quòd
sapiens admonet nos, ut curam habeamus de
bono nomine; nimirq; ut ea efficiamus, quę bono
nomine, et honore digna sunt, i. ut studiosè
viuamus, ac prauitatem fugiamus. Et hoc
"est etiam, quod Cicer. dixit p°. Offic. E Negligere
"quid de se quisq; sentiat, non solum est ar-
"rogantis, sed etiam omnino dissoluti. Si uero

post mul

post multa preclarè, ac laudabiliter gesta,
bonum hoc nomen, uel gloria non consequa-
tur, aegri nullo pacto debemus; sed ueram lau-
dem esse positam existimare in Virtute, atq; in
optimis actionibus nostris, non in hominum
vulgarium prauitate, qui plerunq; bona à
malis non distinguunt: atq; demum in illis
uerum honorem consistere, quę in nostra sit
potestate; non in his, quorum apud alios est
"facultas. Sic enim dicebat ptis in p°. etc. E Ho- c.s.
"nor in his potius est, qui afficiunt, quà in
"illis, qui afficiuntur honore, et facilè auferri
"potest: at uerè, et summum bonum id esse
"dicemus, quod auferri facilè nequeat etc. T
Notandum tamen est, Honorem et famam
in duplici hominum genere spectari posse,
Vel in his, qui potestatem habent, uel in pri-
uatis hominibus. Prioribus ex officio, et ex
statu perfectionis incumbit, ut aliorum sa-

luti prospiciant. Et ideò non tantùm ea debent
efficere, quę honorem, et bonum nomen mere-
antur, sed quo ad possunt proximam infamiã
propulsare: nam alioquin crudeles essent in proximos,
cùm eos destruerent potius quàm construerent. Sic
Homel. 9. „ enim dicit Diuus Gregor. Sup Ezechie. Et hi quos
„ vita exemplum imitationis est posita, debent, si
„ possunt, detrahentium sibi uerba compescere, ne
„ eorum prędicationem non audiant, qui audire
„ poterant, et in prauis moribus remanentes benè
„ viuere contemnant. Cum autem infamiam
repellere bifariam contingat, uel occasionem
subtrahendo, uel linguas detrahentium compe-
scendo: primò modo omnes debent infamiam
repellere: Secundo modo quod publicis personis
conueniat dictum est, nunc dicendum quod
priuatos deceat. Hi igitur, quibus salutis
tantùm propriæ cura impenditur, possunt famã,
et infamiam ratione similitudinis contemnere
nisi vbi

nisi vbi talis infamia apud proximum esset
occasio scandali: tunc enim tenerentur eius
curam habere. Ita dicit D.s Greg. ibidem.
„ Et linguas detrahentium sicut nostro studio
„ non debemus excitare, ut ipsi pereant, ita
„ per suam malitiam excitatas debemus equa-
„ nimiter tolerare, ut nobis meritum excrescat,
„ aliquando etiam cupiscere, ne, dum de no-
„ bis mala disseminant, eorum, qui nos ad
„ bona audire poterant, corda innocentium
„ corrumpant. Et D.s Dom. in 2. 2.
q. 132. dicit, q homo laudabiliter, non ad art. 5.
vtilitatem propriã, sed communem, potest
gloriam, et famam suam appetere, vicem
illud. Sic luceat lux vestra. Primò Matt. 5.
tamen debet homo appetere, ut bonum
opus perficiat per se, et in ordine ad Deũ.
quod uerò bonum hoc opus cognoscatur,
non est de essentia boni operis; et ideò
hoc non est expetendum per se, sed per

accidens, quatenus, uel per hoc opus glorificetur Deus ab hominibus, uel ad hoc, ut alii homines proficiant in bono. Sed de fama, et gloria alias. nã aliud est de Dignitatibus, aliud de fama loqui. non enim omnes, qui in dignitatibus, et imperiis sunt, famam, et gloriam consecuntur, imò sæpè maxima infamia notantur. Ad 9um Aucto.tes Non gro(inquies) honorem ex. loquitur de his, qui uitæ contemplatiuæ uacant, idest de Monachis. qui, si in propria uiuant patria non possũt omninò contemplationi incubere, cũ multas abstractionum causas habeant. Tunc uerò honorem suum quærunt Monachi, cum patriam relinquentes, se ad Eremũ conferũt. ibi enim nihil est, quod ipsos à ueritate, et contemplatione seiungat. Ad 3ciam, et vltimam confirmationẽ. Est maximũ bonorum externorũ, quia proprius accedit ad Virtutem, ut 3. et 4. dicit phus: tamen ex illis est, quæ me-

8.

quæ mediam naturam obtinent: quæ et bene, et malè à nobis usurpari possunt, ut sæpius diximus. Sic igitur primæ rationi, ut opinor, satisfactum erit.

Secunda erat ratio. Dignitates, et honores sũt instrumenta felicitatis. ex. Negatur: quia possunt esse causa boni et mali. sic Respondet D.s Thom. p. 2. q. 2. E Sicut optimũ est, „quòd alicui utatur bene potestate in re- „gimine multorũ, ita pessimũ est, si male ute- „tatur, et ita potestas se habet ad bonũ, et „ad malum. Et sup.a ex D.o Greg.o et aliis auctoritatibus probatum est. Potest etiã responderi, & licet bona externa sint instrumenta beatitudinis, non tamen sunt de essentia, sed sola uirtus: licet ipsa dignitas non sit beatitudinis instrumentũ necessariũ, quia plerique absq; dignitatibus cõmodius uiuimus, quam si imperio potiremur. possumus tamen dignitatibus bene et malè uti. quòd autem uirtus sit de essentia felicitatis,

ante 4.

+ D.s Tho. p. 2. q. 4. art. 7.

non autem hæc externa bona, declarat philosophus
" in principio 7.mi Polit. ℰ Dicemus non esse diffi-
" cile in his rebus ab effectu argumentum sumere,
" cum uideamus, non à bonis externis uirtutes
" gri, et consocuari, sed externa à Virtutibus;
" ipsamq; beatitudenem, siuè in gaudio posita
" sit, siue in uirtute, siue in utroq;, potius ad
" eos ptinere, qui morum, uirtutumq; ornamentis
" reliquos superant; externa uerò bona medio-
" cria possident, quam ad eos, qui redundant
" illis uirtute destituti ℑ Quod et ratione Cingt
" (thus) patet ℰ Nam externa bona, ut instru-
" mentum assumuntur; Vitia autem eatenus
" sunt, ut eorum exuperantia, uel noceat Haben-
" ti, uel nihil saltem prosit. At bona animi
" quanto magis excrescunt, tanto magis uti-
" lia sunt ei ℑ

Tertia erat ratio. Magnanimus magnis se dignum censet, et magna appetit, quod si id non fa-cit, abiecto animo est. Respondeo malè interpretatos mentem Phi illos, qui nimiùm honori indulgentes, uerba eius ad prauum sensum detorquere conantur. Nos igitur dicimus tria esse hominum genera. nam quidam perfecti, nonnulli imperfecti, ple-riq; peruersi sunt. Similiter eorum, quę humanus animus appetit, quędam esse omninò prauа, ut peccata, quędam simpliciter, et semper bona, ut Virtutes; multa mediam naturam habere, quę per se, neq; bona, neq; mala sunt, sed secundum usum, et bona, et mala esse possunt, cuiusmodi sunt honores, diuitię, et dignitates, et temporalia, ac externa bona omnia. Iunc dicimus malos homines malis rebus uti, mediis autem abuti; cùm tantùm diuitias suas prosequantur, et non nisi prauа diligant. Perfectos autem uiros

que uere mala sunt prorsus respuere, mediocria uero neq; etiam appetere. Cum enim perfecti sint non nisi que uere, et absolute bona sunt concupiscunt, hec appetunt, hec prosequuntur: alia omnia magni, celestiq; animi negligunt, et aspernantur. nisi, ut antea dictum est, eum superiorum iussu cogantur. tunc enim dignitates accipiunt tanquam opera, et res quasdam necessarias. Imperfecti uero, et mediocres homines possunt hec temporalia recte appetere. s. in ordine ad Deum: ut per ea multa bona efficiant. Vt D. Thom. fa-
art. 5. "tetur in p. 2. q. 99. Perfecto autem ho-
"minis est, ut contemptis temporalibus, spiritua-
"libus inhereat, ut patet per id, quod Aplus
Phil. 3. "dicit. Que quidem retro sunt obliuiscens,
"ad ea uero, que sunt priora, extendens me
"ipsum: quicunq; ergo perfecti sumus hoc sen-
"tiamus. Imperfectorum autē est, quod tempo-
ralia
"ralia bona desiderent, in ordine tamen ad
"Deum; peruersorum autem est, quod in tem-
"poralibus bonis finem constituant. Quo-
circa, ut ad rem redeamus, magnanimus uir
ille est, qui perfectus existit; non ergo sibi
usq; sunt bona hec media, sed ea pro pare
uis habet, solumq; sibi propositum est ma-
ximum, et solidum bonum, et se dignum
nec honorem affectat, nisi hoc eo sensu in-
telligatur, quod ea efficiat, que sua sint
honore digna, hoc est preclarissimus actio-
nes. Quod autem hec sit phi mens ex uer-
bis eius cognoscemus. Ait igitur 4. ethic. 3.
"Et magnanimus quoq; s. magnus seu
"dignus, ipse quoq; esse optimū necesse est.
"Et in eod. cap. Videtur quidem magnani-
"mitas ornamentū esse omniū Virtutum. qui-
"propter uere magnanimū esse difficile est,
"cum id esse absq; uirtutum integritate nō
"possit ei. Est igitur Magnanimus per-

„ sclus. Prosequamur cetera. ℰ Magnanimus (ait)
„ cum sit magnus, se quoq; magnis dignum cen-
„ set &c.] Et quę nam sunt hęc magna, quibus
se dignum censet? Non sunt honores, nec
„ alia temporalia. Probatur. ℰ Cui uero (inquit)
„ uel honor ipse parui usest, ei cetera quoq; s.
„ externa bona, sunt parua: quapp magnanimi
„ contemptores esse uidentur] Honores igitur,
et temporalia bona magnanimo sunt parua,
et ipsa contemnit. Cum igitur circa mag.na
uersetur, quę nam hęc erunt, nisi bona illa
cęlestia perpetua, et pmanentia, circa quę mens
uersabitur? hęc enim sunt maxima, et pręcipua,
et meliora, ad quę possit homo contendere.
7. Constat ex eodem Arg.te x. etsic. Vbi hęc aurea
„ uerba habet ℰ Omnes q; debemus, non ut hor-
„ tantur quidam, spectare humana, cum si-
„ mus homines, nec mortalia, cum simus mor-
tales,

„ tales, sed quae ad possumus nitj ad immortali-
„ tatem, omnia q; efficere ut ea prestantis. parte
„ quę in nobis est animi degamus, et si enim
„ nobis sit corpus natura mortale, dignitate mul-
„ tum ejus alijs ordinibus excellit. Quin etiam
„ uideor mihi quęrere, hanc ipsam partem esse
„ ejusdem cuiusdam, quod in nobis est
„ optimum, quod prę cęteris obtinet. quo
„ circa obsecrandum esse, si non suam quisq;
„ sed uitam ejusdem ejus exposceret. Accedit
„ hęc, quod et antea diximus, et nunc etiam
„ dici conuenit, quod cuiq; est a natura
„ tributum, id cuiq; esse optimum, et suauis-
„ simum. Erit igitur homini suauissima
„ uita secundum mentem, et intellectum. si-
„ quidem per eam maxime homo est &c.] Ma-
gnanimus igitur spretis alijs secundum hanc
partem uiuit. Quod si quispiam dicat. Ma-
gnanimus circa honores uersatur. Vt plu-
rimum in eodem 4. etsic asserit. Jam

responsio clara est. quod honor hominis est,
ut viuat secundum hanc partem preclarius.
non secundum partem mortalem obscurius. Vi-
uere enim secundum mentem est uiuere se-
cundum naturam sibi a Deo tributam.
Spectare mortalia est secundum alienam
uitam uiuere, quod absurdum esse in uer-
bis phi nuper adductis manifestum fuit.
Ille igitur pusillo, et abiecto animo erit,
qui cum sit honoribus dignus, id est, cum
secundum diuinam partem uiuere possit,
se ipsum indignum existimat, ac terrena
hec, atq; caduca amplectitur. Nam hoc ea id
est, quod propheta tantopere detestatur.
ps. 48 "Homo cum in honore esset non intellexit &c.
Non cognouit homo dignitatem, ac prestantia
suam: nam cum posset secundum illam Dei
similitudinem, nobilissimamq; partem uiuere
qua Angelis est paulo minor, uoluit tamen
his se terrenis implicare &c. Ad quar-

Ad quartam rationem. Primo dicere possem
hanc gloriæ, et imperii cupiditatem non esse a
natura nata nobis nitam, sed ex pulsum-
esse corrupte nature, imo preter naturam.
Ille n. Cicero, qui dixit id secundum na-
turam esse, nemo esse debebat. & Ius-
tus Lipsius dixerat, nimis hoc desiderio
"preter naturam esse. sic enim ait. Cum
"uero accedit eodem, quasi maximus qui-
"dam dilegitur populus, atq; omnis undiq;
"ad uitia conferens multitudo, tum plane
"perfectum opinionum prauitate, a natu-
"raq; ipsa desciscimus: ut nobis optimam
"naturam inuidisse uideamur, qui nihil
"melius homini, nihil magis expetendum,
"nihil prestantius honoribus, imperis, popu-
"lari gloria iudicauerunt &c. Secundo
dicimus duplicem in nobis naturam exi-
stere, ut phs 2°. Phys. manifestat, quas
altera forma, reliqua materia dicitur.

forma anima sit, materia V. C. corpus. Non debemus quod materia insitum est efficere, nin id fierit per rationem et per formam insitam. Nec omnia etiam, que à forma proueniunt, sed que mens duntaxat prece: perit esse facienda. Que uero inferiori parti placent, ut appetitus, uel sensus, aut corri: genda, aut prorsus tollenda sunt. Cum igitur temporalium et eternorum bonorum cupiditas in appetitu sit sensitiuo, uel omnino auffe: renda est, nisi quatenus uite necessaria sub: ministrat, ut à perfecto, sanctoq; uiro fit, uel ratione quadam et mediocritate corri: genda, et ad Deum ipsum referenda, aut im: perfecti homines efficiut, quemadmodu in an: tecedentis rationis solutione manifestauimg.

Ad Quintam rationem. Tolleretur ordo Vni: uersi. Primò quihec dicit cogitet id teme: rarium esse iudicium, cum multi, qui re: gunt, ac gubernant sapientes, et probi ui: ri sint. Preterea à Deo constituti Principes sunt, quibus hoc negotium co: missum est. Quod si uideat malos quos: dam in altiori loco positos abuti damno, et iniuria suorum ciuium, ipse eos deijciat, et alios in eorum locum substituat. Quod si non faciat, sequitur eum, qui ex nihilo omnia creauit, sapientiæ prouidentiæ, cuncta ea dispone, et conseruari. Quod error nihil est, quod de mundi ruina timeatur. Non enim qui se nobis cum futurum esse, ad sendi consummationem esse pollicitus, non simul orbem destruit, nisi cum prefinitum illud tempus accesserit, cum et ueritatis ore pronunciauit.

Ad Sextam. Bonum est diffusiuum sui. Plus ibidem respondet beatitudini. Et: si enim bonum debeat communicari, non tamen prorsum est, ut id per potestatem fiat. quia,

quia si iuerum id esset, tunc pater a filio, et filius a patre, et amicus ab amico deberet sal potestatem auferre, et sibi tribuere, quod est preter rationem proximi. Secunda licet bonum debeat impartire, non tamen alteri assumere principium debent, nisi rationem alicui presbet, quadam Lex. bellue, mas femine es. Nam si boc iniustum effece- rint inimicia, nihil tam bonu patet affe- rre, quod non bonge minus sit re malo, quod ab initio perpetrauerunt. Et vix bonum possit habere exitum, qui male sunt incoata prin- cipio autem sanctis esse subtus dicti fuit. Debent igitur ad bonu communicare, quod in ipsis est, quod si maora non possint ipsorum bona voluntas locum habebit ope- rationis. Ad Confirmatione responsio est Diui Thome 2.2.q.185. Non absconi- dit frumenta ille, cui non competit ex art. 2°

officiis, sed ea non est a superiori data au- ctoritas. Is enim, si de sepultura nem- gligat, cum ei ex dignitate incumbit, sed si pertinaciter munus, quod ei in- iungitur, recusat, absondere dicitur fru- menta. Qui autem non habet sal potes- tatem excusatur, cum non sit munus su- um. Sic etiam respondetur ad alteg. Matt. Et ecce accedunt Lucernae, et Greg. in 1. Pastor. Nam sunt nonnulli, qui c.5. „ clima dona virtutum percipiunt, et pro „ exercitatione exterorum magnis mune- „ ribus exhibentur, qui studio castitatis „ mundi, abstinentie rebus uiuide, doctrine „ dapibus referti, patientie longanimitate ar- „ miles, auctoritate fortitudinis erecti, pie- „ tatis gratia benigni, rectitudine securitate „ distincti sunt, qui minus culmen regimi- „ num, si uocati suscipere renuunt, ipsa

„sibi plerunq; dona adimunt, qua non pro
„se tantummodo, sed etiam pro aliis accepe-
„runt. Cum q; sua (et non aliorum lucra co-
„gitant) ipsi se, que prius habere apparent,
„bonis priuant. Hinc itaq; ad discipulos uerit
„sus dixit. Non potest ciuitas abscondi, et
„nemo accendit lucernā &c. Ad Parabolam
de Talentis &c. Idem Greg. in 2°. past. Esse s.
c.9. „prabus uir, si omnia retinere, caueat, ne
„acceptam pecuniam in sudarium ligans, de
„eius occultatione iudicetur. Pecuniam quip-
„pe in sudario ligare est percepta dona
„sub otio lenti temporis abscondere &c.

Ad Septimam rationem respondet D. Thomas
art. 4. 2.2. q. 2. breuibus. In illis debemus Deo
similes fieri, que cum in nobis sunt, non pos-
sunt esse mala, sed semper bona, ut in pro-

probitate, et uirtutibus, non in illis, que li-
cet in Deo sint semper bona, a nobis ta-
men in bonum, et in malum partem assu-
mi possunt. Timendum etenim, ne cum
ad malum maxime proni simus, his abu-
tamur pariter, quibus utamur.

Ad Octauam rationem. Qui Epatum dedi-
cat &c. Respondet Gregor. 2°. Past. Ple- c.8.
„rique uero, qui prauis concupiscunt ad usu
„que libidinis instrumentum Apostolica sermo-
„nis arripiunt, que ait. Si quis Epatum &c.
„Qui tamen, laudans desiderium, in pauco-
„rem pronus iurat, quod laudauit, cum
„repente subtrahit. Oportet ait Episcopu
„irreprehensibilem esse. Cum q; uirtutum neces-
„saria subsequenter enumerat, que sit irre-
„prehensibilitas manifestat. et faciet ergo
„ex desiderio, et feriet ex precepto, ac si
„aperte dicat. Laudo quod queratis, sed
„prius discite quid queratis; ne dum uos-

„met ipros metiri negligens tanto fedior vestra
„reprehensibilitas appareat, quanto et a cunctis
„conspici in honoris arce festinat. Magnus
„enim regendi artifex subditis imperii, ter-
„roribus retrahit, ac audientes suos, et desciplo
„irreprehensibilitatis culmine assingat, a super-
„bia, et officium, laudando quod fugiendum
„componat ad vitam. Quibus notandum quod
„illo tempore hoc dicatur, quo quisque plebibus
„preerat primus ad Martyrii tormenta duce-
„batur. Tunc ergo laudabile fuit episcopum que-
„rere, quando per hunc quenquam dubium no
„erat ad supplicia gratiora pervenire. Et
Patet etiam Solutio ex Aug.no in addita loco
ig. de Civit. Dei. Et ex his, que sparsim in
superioribus dicta sunt. Et est responsio
art.p.o Diui Thome in 2. 2. q. 185. Ad Confir-
mationem eiusdem rationis. licet expetere
Statum religiosor.m &c. Ibidem respondet
D.s Thomas.

D.s Thomas. aliud esse Statum religiosor.m, et
episcor.m: nam Status religiosorum est via
quedam, que ad perfectionem tendit. Sta-
tus Episcopor.m supponit eos perfectos. ideo
desiderare episcopatum, et dignitates eccleasti-
cas, est se perfectum presupponere, quod
est presumptionis vitium. desiderare reli-
gionis ingressum est appetere iter, et viam,
qua ad perfectionem peruenire possimus,
quod omnibus licet.

Ad Nonam rationem respondetur ex Greg. C.T.
in P.a Past. quod Isaias priusquam di-
ceret, Ecce Ego, mitte me, se purgatum co-
gnouit. referatur enim Isaie VI. quod An-
gelus os eius tetigerat, quo eum omni iu-
stitie formandaret. quia igitur se pur-
gatum cognoscere, nisi Speciali Dei gratia,
valde difficile est, ideo hec munera tutius
declinantur. Et est responsio D.ni Thome

3. in loco nuper adducto. Imo p. Regu legitur, Samuelem fuisse diuinitus excitatum, ut faceret uerbum Dñi in Israel, et de ceteris prophetis idem diuino numine est dispositum. Et in lib. Dialog. refert Greg. Cyciacum Monachum sensisse sibi linguam a Deo tangi, ut deinceps continere se a diuinis eloquiis nō ualeret. Hec autem supernaturalia, et diuinitus rarissime contingentia non sunt in ordinem doctrine redigenda; et preterque cum hec non nisi necessitatis tempore per diuine prouidentie dispensationem contingant.

Ad Vlamam ex dictis responsio patet. Nam in casu necessitatis, ut Plato dicebat, licet nobis terrena imperia desiderare, ut communi, non ut propriæ saluti consulamus: quando s. ut Greg. ait, qui primus dignitatem quærit, primus ad supplicium ducitur. id quod Solonis exemplum confirmat: qui multis magnisq; periculis pro sui Reipe saluti subiectus fuit. Nunc, cum hec necessitas non impendat, neq; pericula hec adsint, sed dignitates potius comitentur auctoritas, honor, potentia, aliæq; terrenæ commoditates, huius est eas non appetere. Sic igitur dicere quis posset prioris opinionis obiecta. Nunc alterius oppositæ sententiæ rationes dissoluamus.

Ad auctoritatem Arg.is et Platonis, quæ superius dicta sunt satis esse possunt pro responsione: nam licet tranquillior sit ueritatis inquisitio, et, si nullus sarcinam imponit, eius contemplationi uacandum, tamen si imponitur sustinenda est propter charitatis necessitatem: nec otium nostrum necessitati ecclesiæ debemus præponere, ut supra patuit ex multis à me adductis

auctoritatibus Aug.ni Greg.ri et aliorum. Nam
nec Hieremias amori conditoris sedulo inhe-
rere cupiens, et humiliter recusans, plene re-
fulsit, ut Greg.s M.s cap. 1.mi Past. affirmat.
Nec id, quod subiungit obiectio ueritatem
hanc minuit; meliorem esse uitam liberi ho-
minis, quam in dominando occupati. Primo,
quia hoc concessum est, sed tamen propter
necessitatem charitatis cogimur nobis melio-
rem uitam deserere, et aliam priorem pro
communi utilitate subire. Preterea, quia, ut
ipse ibidem respondet, non dominamur
seruis, sed liberis hominibus ecc.

Ad exemplа sanctorum in superioribus dixi-
mus ea penitus nostre fauere sententie. Nam
hi non sponte se dignitatibus obtulerunt, obla-
tas autem, licet propter humilitatem recusa-
uerint, non tamen prorsus; sed Dei tandem
uoluntatem sunt secuti. Nam et Lucas Ia
Beatum qui recusauit, et D.s Ambros.s po-
stea episcopatum uterq; suscepit, et sic
de aliis sanctissimis uiris dicendum est,
quorum exempla adduximus. Quia uero
Beatus Marcus sibi pollicem amputauerit,
et Amon.s auremq; credendum est Spi-
ritus sancti instinctu fecisse, alioqui non
possent à peccato excusari. Item Cone.
Affr. habetur, ubi Decret. d. Lv. m.c.
"Si quis (si quis cinquit) absideret se-
"metipsum omnino damnetur, quia suici-
"da est". Sed forsitan exemplum de
Beato Marco uerum non fuit. quia D.s
Hieron.s habet uerbum dicitur. quod si
ita sit, fuit ex relatione aliorum, fa-
ctum esse. Et sic ad alia exempla dicendum
est. Ex ea nihil aliud probari, nisi quod di-
gnitates ecclesiastice non debeant teme-

re ab hominibus acceptari; sed quod prius se ipsos examinare diligenter debeant, ne in impositi onera pares, uel saltem non inutiles futuri sint, ut in precedentibus, me satis dixisse memini. Quod uerò de Celestino IIII. subiungitur, id in aliam incidit quæstionem. Num liceat alicui dignitates susceptas, et præcipue Papatum deserere, et ad uitam eremiticam, seu religiosam se conferre. Quæ dissoluitur à D.us Thomâ 2.2.q.185. art. 4.

Ad primam rationem. Status bonum est eligibilius. Patet responsio, est eligibilius ratione nostræ tranquillitatis, sed non respectu communis utilitatis: licet enim melior sit nobis illa uita, tamen hæc, si onus imponitur propter communem utilitatem eccle-

siæ, suscipienda est. Non enim ob nostram necessitatem ecclesiæ est præferendum. Ex Augustino sæpius citato. Quo circa dicimus respectu periculi boni eligibiliorem esse contemplativam Vitam, tamen bonum multorum, cum onus iniungitur, præferendum est bono unius. Ita respondet Divus Thom. 2.2.q.185. Et Art. 2. Divus Paulus in loco sup.a addueto ad Philip. 1. Coarctor è duobus, desiderium habens dissolui, et esse cum Christo multo magis melius, permanere autem in carne necessarium propter uos; dicit illud esse melius ratione sui, hoc autem ratione publicæ utilitatis.

Ad Secundam rationem. Oportet, qui ad dignitates susciendas accedit, esse purgatum ex. pulcherrimè respondet D.s Thom. ibidem: quod aliquando is, cui prælationis officium, uel dignitas aliqua iniungitur, potest habere impedimentum, per quod munus illud subire non possit. Et tunc uel

potest tale impedimentum à se ipso, et per se ipsum tollere, uel non potest. Si potest, ut quia habebat animum peccandi, debet impedimentum illud auferre, et sic onus impositum aggredi. Si uero non potest, ut quia uel est irregularis, uel excommunicatus, tunc uel hoc potest remoueri à superiori, qui ei tale onus committit, uel non. Si potest teneatur illi ostendere impedimentum suum, qui si eum inde liberauerit, humiliter obedire teneatur. Sic enim Exod. remotum fuit impedimentum à Moyse. Nam cum
4. "dixisset Dño Obsecro Dñe, non sum eloquens ab heri, et nudius tertius. Respondit "ei Dñs. Ego ero in ore tuo, docebo te "quid loquaris? Quòd si impedimentum hoc à superiori auferri non potest, ut quia c.c. irregularitas spectat ad Summum Pontificem, tunc licite potest, uel recusare, uel de sui superioris consensu à Summo Pontifice absolutionem petere, et postea maturè cum humilitate aggredi onus impositum. Quòd si, non propter censuras ecclesiasticas, nec propter peccata se indignum existimauerit, sed sola humilitatis ratione, ut Hieremias fecit, et patuit in exemplis sanctorum hominum pro secunda opinione adductis, tunc id erit superioris considerare, qui si ierum inuenerit, non est pertinaciter recusandum: ne, dum commoditati propriæ quærimus, cõmunem salutem negligentes, Dei gratiam amittamus. Vt fusè in Superioribus diximus.

Et uero quæstioni, quæ de uoto est, S.tus Tho-
mas ibidem satisfacit. Quòd qui Votum

emittit, uel uouet se nullam unquam dignitatem habiturum, etiam si superiores iuserint. Quod Votum nulli fas est emittere. Vel uouet se nunquam dignitates, aut desideraturū, aut quæsiturum, aut etiam quatenus in se est, accepturum. Quod si necessitas urgeat, superiorumq; iussis, debet commissum onus subire, nihilq; contra uotum emissum facit.

Hæc habui, Præsul amplis. quæ in proposita disceptatione, non declararem exacte, sed attingerem tantum. satis enim fuit mihi harum rer. peritiss. ignaro ad Sapientiss. et doctissimū Principē scribenti, hæc pauca loca monstrare. Vt enim mihi Tiberius Capiferreus tui amantissimus, ac studiosiss. testis esse potest, qui eum alias summa liberalitate, ac beneficentia non in me tantùm, sed in omnes homines, præsertim̄ probos utatur, tùm in hac inquisitione me suis ingeniis, ac doctrina non parùm adiuuit; semper ego me huic prouinciæ susceptæ imparem existimaui. Sed quemadmodum qui dignitates oblatas prorsus respuunt obiurgandi sunt, sic maxima fuissem reprehensione dignus, si tuis præceptis non continuò paruissem. Vale iterum, ac uiue felix, meiq; memor. Romæ. VIII. calen. Februar. M. D. LXX.

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION

FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

END

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part of this film may be reproduced without written permission from St. Louis University.

KP 23007